



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XIII. Herzog Otto bestätigt dem Elisabethaltare in der Stephanskirche zu Tangermünde die Schenkungen seiner Vorgänger, am 10. Oktober 1335.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XII. Markgraf Ludwig verzeignet dem Marien- und Johannis-Altare in der Nicolaiskirche zu Tangermünde verschiedene Besitzungen, am 18. Mai 1335.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Ludeuicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauarie, Sacrique Rom. imperii Archicamerarius, omnibus Christi fidelibus etc. Proinde ad rei geste memoriam sempiternam recognoscimus publice et ad uniuersorum noticiam cupimus peruenire, quod deliberato animo et maturo nostrorum consilio donauimus et dedimus et presentibus donamus donatione sollempni ad altare B. et gloriose virginis Marie et S. Johannis Euangeliste ac S. Agnetis virginis situm in ecclesia S. Nicolai opidi Tangermundis proprietatem bonorum infra scriptorum scilicet nouem modiorum siliiginis et totidem modiorum auene, qui in villa Miltharde de curia, in qua nunc quidam dictus Pelz residet, consueuerunt exfolui; Item unius talenti denariorum, quod in villa Dalim in festo B. Martini de villanis ibidem, et unius talenti, quod in villa Demeker de subditis Jan de Arnstete in festo Walpurgis hic et ibi solet exponi; Item curiam duorum mansorum sitorum in campis ville Colebu cum omnibus fructibus et prouentibus, qui ad VI frusta et dimidium se extendunt, atque cum omni iurisdictione et juris integritate in supremo et infimo nec non cum omnibus commodis, honoribus, pertinentiis et utilitatibus eorundem. Decernimus itaque jam dictos duos mansos ceterosque redditus prenarratos ab omni pacto decima et ab uniuersis ac singulis seruitiis tam curruum quam alius, quibuscunque etiam nominibus censeantur, ab aduocatia, a precaria et ab uniuersis seruitiis, subsidiis, injuriis et incommodis penitus liberos ad idem altare iugiter pertinere, ut memoria nostri nostrorumque progenitorum in singulis missis in dicto altari dicendis perpetuis temporibus habeatur. Preterea jus patronatus sepe dicti altaris cum pleno et omni jure electionis ac collationis quotiescunque vacauerit ad plebanum in supra dicta Tangermund quicumque pro tempore fuerit libere pertinebit. Renuntiantes igitur nomine nostri nostrorumque heredum et successorum renunciatione debita et sollempni ipsi juri patronatus et proprietati mansorum atque aliorum reddituum premissorum quoad omnem fructum et usum seruitii et precarie nec non quoad omne jus quod nobis aut nostris heredibus seu successoribus ex quacunque causa posset competere in futurum. Et ne super hujusmodi donatione nostra alicui in posterum posset dubium suboriri, presens scriptum nostri appensione sigilli iussimus communiri. Datum Vrankensurd, anno domini M^o. CCC^o. tricesimo quinto, quinta feria post Dominicam, qua cantatur Cantate domino.

Nach dem Orig. im Königl. Ges. Staatsarchive. — Gercken III, 319—321.

XIII. Herzog Otto bestätigt dem Elisabethaltare in der Stephanskirche zu Tangermünde die Schenkungen seiner Vorgänger, am 10. Oktober 1335.

Dei Gratia nos Otto, Dux in Brunefvic, recognoscimus publice per presentes, quod uisa donatione triginta solidorum de decem mansis in villa Dalem et duobus mansis in Villa Gilto, facta per illustres nostros predecessores altari b. Elizabeth sito in ecclesia S. Stephani in Tanger-

munde, eandem donacionem approbamus approbatamque tamquam salubrem presentibus literis nec non confirmamus, volentes Colonos dictorum manforum pro tunc fore liberos a servicio curruum, sicut eciam litere Dictorum predecessorum nostrorum super hoc date, quas vidimus, dilucide protestantur. Presentes huic nostre approbacioni seu ratihabicioni fuerunt Bodo presbiter, Capellanus noster, atque Johannes de Gotigon, noster notarius, cum aliis fide dignis, In hujus rei testimonium nostro sigillo muniri iussimus presens scriptum. In Tangermunde, anno Domini MCCCXXXV^o., in die sanctorum Gereonis et sociorum ejus.

Nach neuerer Abschrift.

XIV. Markgraf Ludwig verpfändet dem Johann und Hermann von Arnstedt und dem Probfte Courad zu Tangermünde Hebungen aus der Bede in Deutschen Welle, im Jahre 1337.

Nos Ludovicus etc. Vniuersis ac singulis presentibus ac posteris ad quorum noticiam prefencia peruenerint cupimus fore notum. Quod assignauimus ac per presentes assignamus IX frusta reddituum de annuis nostris precariis nobis in villa, dūdeschen ville nominata, debendis Johanni de arnstede famulo nobis dilecto ac suis veris heredibus annua percepcione tollenda ac domino Cunrado, preposito in Angermunde nec non hermanno de arnstede suisque veris heredibus si predictus Johannes de Arnstete sine heredibus discesserit, in iustam veramque possessionem deuoluenda, Addicientes si nostre seu alicuius nostrorum successorum in posterum voluntati placuerit bona prefata redimere, Extunc possessoribus dictorum honorum perfoluta per nos uel per nostros successores tanta pecunia, scilicet XLVI marcarum, ipsa ad nostram uel nostrorum successorum possessionem redibunt vice uersa. Si etiam predicto Johanni de arnstede vel alteri prefatorum honorum possessori ipsa per (pro?) predictae summa pecunie alicui nostrorum vasallorum placuerit obligare eo jure, quo ipse possidet, ad hoc nostram beniuolam abhibebimus voluntatem. In cuius rei etc. Testes huius sunt nobilis vir hermannus, comes de Hennenberg, Johannes de buch, noster capitaneus, Dypoldus guzze, Dominus Eberwinus, noster prothonotarius et alii quam plures fidedigni.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. L.

XV. Der Rath zu Tangermünde bekundet, daß der Stephanskirche zur Versorgung ihrer Altäre mit Wein und Oblaten eine Wiese geschenkt sei, am 13. Januar 1339.

In nomine beate et individue Trinitatis Amen. Quum ea, que geruntur in tempore, antiquitatis rubigine a memorie lumine sepius abolerentur, nisi literarum et ydoneorum testium firmentur